

GERARDI IOANNIS VOSSI
RHETORICES
CONTRACTÆ,
SIVE
PARTITIONVM
ORATORIARUM

Libri V.

De la lib^{ra} del Col^{egio} de Cuenca
Ex decreto Illustr. ac Pot. HOLLANDIÆ, &
WEST-FRISIÆ DD. ORDINUM in
usum Scholarum ejusdem Provin-
ciæ excusi.

Editio altera priori castigatior,

Auctor damnatus in hoc opus permissum.



*J. D. Stuan & Ag.
Zürich (S).*



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officinâ IOANNIS MAIRE.
c13 b c xxvii.

Perillustri viro,

BENIAMINO AVBERIO
MAVRERIO FONTIDANGÆO,

Christianissimi Regis in sanctiore
consistorio Consiliario,

*Et eiusdem in fœderatâ Belgi-
câ Legato.*

Illustrissime Domine,



ET s i præsentem Gal-
liarum , & fœderatæ
Belgicæ statum cogi-
tanti, non difficile es-
set conjicere, quanto-
pere, si unquam, nunc
publica te negotia distinerent : fidu-
cia nihilominus fuit compellendi
tui, atque id non aliâ de causâ, quàm
ut Rhetorices hos libellos quinque
tibi de manu in manum traderem.
Parùm id verecundè à me factum
esse, dixerit aliquis: sed tamen multa
erant, quæ ad illud impellerent. Nam

GERARDI IOANNIS VOSSI
R H E T O R I C E S
C O N T R A C T Æ,

sive

P A R T I T I O N U M

O R A T O R I A R V M

Liber Primus.

C A P. I.

DE NATURA RHETORICES.

I §.  HETORI nomen impositum
est à dicendo, quod Græcis est
ῥέω. Unde bene dicendi scien-
tia R H E T O R I C E voca-
tur.

R H E T O R I C E N alij dictam volunt ab εἶπω,
id est dico, quia doceat bene dicere: alij à ῥέω,
id est fluo, quia ejus beneficio, fluminis instar,
procurrat oratio. Sed etymologia neutra est
vera. Nam εἶπω quidem, quia præterito desti-
tuitur, mutuari illud cogitur ab ἐρέω: unde ἐρή-
τωρ, non ῥήτωρ ἀναλόγως diceretur. A ῥέω autem,
A quod